

Interpretus.
C. in Nov. Fest. 1579

214.

NOTÆ PHILOLOGICÆ
Ad Evangel. in Festo
Nativitatis Christi Luc. 2. â v. 1.
ad 14. scriptæ ad virum Rev. &
Clarissimum

Dn. M. CHRISTIANUM



Zimmerman/Ecclesiasten Dresd.

â

JOH. BOHEMO RECTORE

ibid. in die Natali 24. Jan.

ANNO

Ferdinando Tertio DVCE AVstrIæ
regnante, Virebit PaX In terris Vbl-
qVe.

500,
500,
500,
1000
5
15
10
15
5
5
1638

24 Dresda, caractere Montano.

~~ferDInanDo tertlo DVCE avstrlo
regnante, paX In terris nostris~~

Exeg.

C.

250, 32

~~VIX est~~

~~o tertlo DVCE avstrIæ regnante~~

~~paX exoptatVr, at non speratVr~~

Viro Reverendo & Clarissimo,
Dn. M. CHRISTIANO Zim̄erman/
Ecclesiastæ Dresd. fidelissimo,
Compatri, Adfini ac Amico
honoratissimo,

Salutem ac felicitatem!

Diversa, VIR INCLUTE, apud Majores nostros in usu fuisse dona, Annalium produnt monumenta. Ex quibus haud postrema fuerunt NATALITIA, quæ ALCIATIS CIMELIA, notante Pancirolo l. 1. Rer. memorab. c. de donis p. 744. dicta putat; & STRENÆ, Calendis anni auspiciis, quibus mensium recursus aperitur, distribui solita. Hoc more prisco motus & ego, & imprimis meritorum tuorum in me planè eximiorum axioma percussus, breves hasce NOTAS Philologicas, in Natalitiâ Festivitate, ut publicum, quo Te prosequar, adfectus mei, ac Amicitie, quæ juxta Aristot, l. 8. Ethic. Nicom. c. 2. μή λανθάνουσα esse debet, exstet testimonium, mitto, iisq; de NATALIS revolutione ex animo congratulor. Tenue munus fateor, & quod nullam partem sit gratie exsolvendæ; sed in quo spero te facturū, quod benigni creditores solent, ut hac quasi particulâ soluti debiti tantisper sustententis, dum meliore proventu sortem ipsam cum usuris dependam. Vale FELICITER! d. 24. Jan. Anno 1643.

Evangelij Luc. 2. a. v. 1. ad 14.

vorum quarundam

διασάφους.

v. 1.



Cæsar unde dicatur, varij variè,
 illorum sententia videtur verò
 proxima, qui C. Julij Cæsaris
 primi Romanorum Imperatoris
 Atavū Luc. Julium, qui ut scribit
 Paulus Prætorius in Ge-
 nealogiâ C. Jul. Cæsaris p. 2. vixit ab U.
 C. anno 500. sic dictum putant ab ELEPHANTO,
 qui linguâ Maurorum CÆSAR dicitur, quem occi-
 derat. Sicuti & in quibusdam Nummis elephas
 impressus cernitur cum hac inscriptione: CÆSAR.
 Potest & vox Syriaca esse, inquit H. Casaubo-
 nus in Sueton. l. 1. p. 4. Nam in Targum
 Jonathanis כַּשְׂרִי extat, notatione adfini pro
 scuto vel Clypeo. Et fortasse inde est, quod
 Punica lingua Elephas CÆSAR dicebatur, quasi
 tutamen & præsidium legionum. Rhelli-
 cani Præf. in Jul. Cæs. Edit. lungerman-
 ni p. 3. Græci retinent καῖσαρ, Syri כַּשְׂרִי, nos
 Kesyser. A. Jul. Casare itaq; postea Cæsares dicti
 sunt, quasi quidam principum filij viri, & designa-
 ti Augustæ Majestatis heredes, quos nunc Romano-
 rum Reges vulgò appellamus. Antiq. Rom.
 Rosini p. 704.

A 2

v. 1.

v. i. Augustus) Hic natus Patre Senatore, Romano, & Octavianus ab eodem appellatus. Ejus Avia I. Caesaris germana fuit soror. Post obitum I. Caesaris, imperium adeptus est, Anno mundi 3907. & communi Senatus decreto AUGUSTUS cognominatus est, quia augere debebat Imperium. Id quod & prestitit: Romam enim quam lateritiam accepit, marmoream reliquit. Unde omnes Imperatores Romani postmodum dicti sunt AUGUSTI. Pacem toti terrarum orbi restituit, ideoque templum Janni clausit. Natus itaque est SALVATOR secundum LUTHERUM Anno mundi 3962. videatur Harmonia Chemnitij l. 1. c. 8. p. 90. Anno Imperij Augusti 42. Anno regni Herodis 30. FLINCIUS ponit Annum mundi 3964. Bucholcerus 3970. Helvicius in Chronol. p. 23. Calvisius, & Doct. Schmuck in Chronico Biblico 3947. vid. Origanus Ephem. p. 20.

v. i. ἀπογραφῆσαι) Notat descriptionem & partitionem in ordines, familias, tribus, aut facultates, ut subditorum bona numerari possint ac aestimari. Sic Aristot. 2. Oeconomicorum utitur, pro descriptione facultatum. Glossarium vetus: ἀπογραφὴ census, professus, professio. Sic CICERO pecudum professionem pro Lege Maniliâ, scripturam vocat, dum in-

quis

quod: neque ex portu, neque ex decumis, neque ex
 scriptura, vectigal conservari potest. Hinc apud
 varronem l. 2. de re rustica c. 1. pecus in-
 scriptum dicitur, de quo profesio facta non est.
 Budæus scribit, ἀπογράφειν significare, in ra-
 tiones conferre: & ἀπογραφήν idem notare, quod
 vulgò vocatur Inventarium. Ita Jud. 8.
 14. usurpatur de 77. viris in Succoth, quos Gede-
 on descripsit interficiendos. Ab hac generali, in-
 quit, significatione translatum est vocabulum ad
 censum, ita ut ἀπογραφή notet descriptionem in
familias, cum notatione facultatum seu bonorum
cujusque. Sic & Esther 10. 1. tributum, quod
 Assverus omnibus regnis suis imposuit, Græci verbo
 ἑγγράφει reddiderunt. Dicit Lucas hanc descri-
 ptionē primam fuisse, respectu scilicet alterius, quæ post
 annos tredecim sequuta est apud Joseph. Antiq.
 18. c. 3. vid. Scalig. animad. in Euseb 160. 2.
 Appellatur a. Cyrenius Syria ἡγεμονεύων, non quod
jure ordinario præses Syriae esset, descriptio enim hæc
facta est sub Sentio Saturnino: sed quia cum
extraordinario imperio ad descriptionem faciendam
venerat in Syriam. Mos enim erat Imperatoribus,
 ut ad census agendos primarios Reipubl. viros in pro-
 vincias destinarent. Quæ CASALUBONI est sen-
 tentia. Vid. Doct. Helvicum in Theatro
 Histor. ad annum Christi nati. Doct.

Calixt. Harmon. Evang. p. 56. Doct.
Jac. Martini Vernunft-Spiegel l. 2. p.
1121. Philol. Glas. l. 3. p. 67. Sculteti
Exercit. Evang. c. 45. p. 114. Faciebat a.
Cesar censum hunc, ut de sui Imperij potentia ipsi
constaret.

v. i. οἰκουμένη) Notat vox hæc vel universalita-
tem totius orbis terrarum. Ut Matth. 24. 14.
Luc. 4. 5, & 21. 26. Act. 17. 31. Rom.
10. 18. Heb. 1. 6. Apoc. 12. 9. & 16. 14.
sic Psal. 19. 5. vel universalitatem alicujus re-
gionis aut regni. Sic Act. 11. 28. & 17. 6. &
19. 27. & 24. 5. & hoc loco, quo non de toto
terrarum orbe; sed per Synecdochen de toto orbe
Romano intelligenda est. Confirmata enim jam e-
rat Monarchia Romani Imperij. videatur Doct,
Jac. Martini d. loco p. 1122. Sic Syno-
dus ii. Constantinopolitana οἰκουμένη dicitur ap.
Theodoretum histor. Eccles. l. 5. c. 9.
quum tamen in eâ duntaxat Episcopi ex orientali
Romani orbis parte congregati essent: & proprie
loquendo nulla unquam fuerit Synodus œcumeni-
ca hoc est, universalis ex toto orbe collecta. In
Syro est כְּתָרָא potentia, potestas, imperium. ut
1. Pet. 5. 11. usurpatur, ubi in Græco est τὸ κρά-
τος, macht ab, כְּתָרָא ex Hebr. כְּתָרָא per usita-
tate

tam commutationem ꝑ in 7, quod idem ac Arabic. & Chald. 777 apprehendit, continuit. Ideoꝛ hoc loco reddendum: universus populus imperij eius. Non, possessionis eius, ut Tremell. & Boderianꝛ reddunt. Syris enim possessio est קנינא א קנה possedit. Dieu comment. in Evang. p. 252.

v. 4. civitas David) Sic dicitur Bethlehem, quia David ibi natus & educatus. 2. Sam. 7, 1. Sam. 16. 18. vel quia eam condidit. Bethlehem verò est ex בית Domus, & חלה panis, q. d. domus panis. Quo fructus nativitatis Christi innuitur, qui verus panis. Ioh 6. 35. πατριὰ α. est tribus, vel genus & familia. sic Herodotus Thalia: ἐγενεκλόγησε τὴν πατριὴν τῶ κύρου, familiam Cyri commemorando seriem generis exposuit. Came- rarius in hunc locum p. 154.

v. 4. Nazareth) א נצר surculus, germen, virgultum. Radix est נצר custodivit. Surculi enim custodibus egent, ne à feris ledantur. נוצרי Nazareus, est Epitheton Christi, qui sic dictus, quod educatus sit in urbe Nazareth, quæ sita est in Galileâ, in tribu Zabulon, in monte, versus septentrionem, & distat à Jerusalem sedecim plus minus miliaribus, sive trium dierum spatio. Hinc Matth. 2. 23. κληθήσεται Ναζαράϊ. Quo respicit S. Sanctus

Sanctus ad Prophetias, ubi Christus נֶצֶר surculus,
 vocatur. Es. 11. 1. & צֶמַח germen, Ier. 23. 3.
 Deinde in Genere נֹצְרִי est Christianus, plur.
 נֹצְרִים Nazaræi, Christiani, qui fidem habent in
 Jesum illum Nazareum. Appellant enim הַנֹּצְרִים
 τῶς Χριστιανῶς. Drus. ad locum Actorum
 11. 26. Buxtorfius in Lexico Thalmudi-
 co Rabbinico p. 1384. ponit Radicem הִתְנַצֵּר
 Christianus factus est.

v. s. γυνή) Maria vocatur γυνή, mulier, uxor.
 Quo virginitas Marie Deiparæ, τῆς ἀειπαρθένου
 non negatur. Nomen enim illud apud Græcos non
est conditionis; sed totius sexus nomen, quod æquè
 virginibus, ac mulieribus tribuitur. Euripid.
 Andromeda v. 89.

ἐπεὶ τοὶ ὄρε περιβλεπτοὶ βίῳ
 δόλῃς γυναικός & c.

Simili modo, & ὁ παῖς est intactus, & e-
 tiam veneri initiatus: & ἡ παῖς intacta, & etiam
 quæ jam peperit. Barchius Advers. l. 20. c.
 21. p. 1006. Sic הַבֵּרֶה apud Hebræos neq;
 conditionis, neq; ætatis nomen est, sed omne, quod
 maris in eadem specie, & ut alterum generationis
 principium susceptivum opponitur, significat. Gen.
 1. 27. 5. 2. 6. 16. 7. 3. Lev. 3. 1. ubi im-
 primis notetur locus Lev. 12. 7. ex quo infero:

Quæ-

Quaecumq; nascitur, nondum est maritata. hoc loco
 נִקְבָּה nascitur. E. Id quod notandum, contra Ju-
 deos, qui ut locum Ier. 31. 22. foemina cir-
 cundabit virum &c. depravent, atq; eludant,
 נִקְבָּה semper maritatum innuere dicunt. Doct.
 Jac. Martini de tribus Elohim 1. 3. c. 43.
 p. 224. Sic usurpatur & γυνή Gal. 4. 4.

Deinde Maria uxor nuncupatur ab Angelo, ex
 primâ desponsationis fide, ut ex Deut. 20. 7.
 patet: Sponsa statim à desponsatione uxor sponsi ap-
pellatur. Deut. 24. 22. Mulieres aliàs non cen-
 sebantur. Exod. 30. 12. Num. 1. 2. Joseph
 a. ab Angelo, Matth. 1. 20. monitus, voluit
 Maria diligentem curam habere, nec solam domus
 relinquere.

v. 7. ἐν τῷ καταλύματι) κατάλυμα Græcis
 diversorium dicitur, quia ibi jumenta & sarcinae
 solvuntur. Syris id proprie est נִשְׂרָה, quod ge-
 neraliter λύειν, solvere significat. Deinde spe-
 cialiter καταλύειν dissoolvere impedimen-
 ta, divertii. Unde & בֵּית מִשְׂרָה domus
 solutionis aut diversionis, pro di-
 versorio, dicitur in Ep. ad Philem. v. 22.
 in Græco est: ἑτοίμαζέ μοι ζενίαν. Luth. bereite
 mir dte Herberge. Sic Marc. 14. 14. Luc.
 22. 11. Posset tamen etiam verti: Domus convivij.

Nam נָשָׂא Syris in Ethpali. est epulari, pran-
dere. Ioh. 21. 12. venite וּשְׂתַנְּנוּ vescimini. Hinc
 שֵׁרָתָא & נְתִיבָתָא convivium, prandium. Buxt.
Lex. Chald, Syr. p. 605. & Rabbinicum
p. 2526.

Sic $\alpha\nu\alpha\lambda\upsilon\omega$ est *resolvo, migro, revertor*. Phil.
2. 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι. Sen-
sus est: desiderium habens ad migran-
dum, vel revertendum. Non a. ille vulga-
ris: cupio dissolvi. Nam ἀναλύειν hic est:
domum redire in cœlestem videl. patriam seu
πολίτευμα, Phil. 3. 20.

v. 7. ἐν τῇ φάτνῃ) Baronius Annalium To-
mo primo, Christum in suburbio Bethlehem natum
esse scribit, sequentibus motus rationibus: quia 1.
difficile putat esse intellectu, quomodo ignoraverit
Herodes, Christum à magis esse adoratum, si in ipsâ
urbe ponatur facta esse adoratio. Hęc difficultas,
inquit, cessat, si extra muros adoratus est Jesus.
quia 2. si intra muros præsepe illud fuisset, in quo
Pastores filium Dei adorârunt; quomodo, inquit,
nocte intempestâ, aut urbem ingredi potuissent, aut
stabulum invenire, in quo illud præsepe? Nec ab-
ludit ab hac opinione Scultetus in Exercit.
Evangel. c. 50. p. 122. asserens, Christum non in
oppido, sed juxta latus ejus orientale apud mœnia in
specu,

specu, habente præsepe in saxo incisum, quo viatores cum suis jumentis divertebant, qui oppidum intrare nollent, vel non possent. Is specus, inquit, dictus est Præsepe zur Krippen/ quemadmodum hodieq; in medio saepe agro edicula inveniuntur, ad quas viatores necessitate compulsi solent divertere. Addit: oraculo apud Michæam & Matthæum c. 2. 6. fidem esse constitutam, sive ad Bethlehemi, sive in Bethlehem Salvator noster sit natus. Romæ enim natus videtur, qui ad urbem natus est, Paulo I c. teste. Verum Casaubon, Evangelistæ autoritate fretus, in Exercit. 2. ad Annales Baronij p. 119. has refutat sententias, & Mariam in urbe Bethlehem peperisse, firmis evincit argumentis. Cui & nos, ut qui non conjecturis nitamur, sed mentem scripturæ rimemur, suffragamur. Quia 1. textus expressè dicit: non erat locus in diversorio. Quia 2. dicitur quasi signum, quod debeat à pastoribus inveniri, jacens βρέφος in præsepio. Aliàs nec Græcè nec Latine dicitur: jacet in hoc vel in illo diversorio, sed δέχεσθαι οίκω, divertit.

v. 8. ἀγρυπνῶντες) Vulgatus & Erasmus reddidit: vigilantes, quasi ἀγρυπνῶντες. male. Aliud enim est vigilare, aliud ἀγρυπνῆν, sub dio agere, ἐν ἀγροῖς ἀυλιζεσθαι. Nam vigilat etiam,

A 6

qv8

qui in lecto insomnem ducit noctem. Drus. Præ-
 ter. part. 2. p. 65 Dieu pag. 253. vertit:
 in agris commorantes. Hesychius:
 ἄγραυλοι, οἱ ἐν ἄγραυ νυκτερεύοντες. ἄγραυλον,
 ὑπαιθρον. ἄγραυλία, mora sub dio, vel sub pelli-
 bus; ut apud Dionys. Halicarnasæum de
 milite Romano l. 6. ὑπὸ ταῖς ἄγραυλιαῖς,
 sub dio continendi estis. Græci pro eo-
 dem dicunt etiam θυραυλεῖν. Aristot. l. 6.
 Polit. causam, cur pastores ad bellicos usus sint
accommodatissimi, reddit, quod corpus habeant lon-
go usu exercitatum ad manendum sub dio, καὶ δυ-
νάμενοι, inquit, θυραυλεῖν. Ἄγραυλεῖν itaq; pro-
 prie non vigilare, nec excubare significat: quia
 tam ad diem, quam ad noctem refertur; sed simpli-
 citer, vitam in agris degere. Syrus, ut
 vim Græci verbi exprimeret, usus dictione ΝΥΨ
 quæ interdum respondet Græco ἀυλιζεσθαι com-
 morari: neq; poterat commodius, inquit Casau-
 bonus p. 129. nisi periphrasin adhiberet, quod
 fecit Arabs, qui pro ἄγραυλεῖντες dixit: pa-
 scentes in agro. Et si Elevationem poli, quam
 Origanus Ephemerid. 1. part. p. 106.
 statuit 30. grad. 40. m. supputamus, facile asserere pos-
 sumus, pastores in calidis illis regionibus, tempore bru-
mali, quum Christus nasceretur, vulgò d. 25. Dec.
 cum

cum gregibus suis noctu in campis versari potuisse.

Scribit itaq; Lucas: pastores egisse sub dio φυλάσσοντες τὰς φυλακὰς τῆς νυκτός. Quod eleganter dixit, more Atticis usitato, custodientes custodias, i. e. advigilantes ad custodiam gregum suorum. Multa hujus phraseos exempla collegit Pfochenius in diatr. de ling. Græc. N. T. puritate p. 162. Cappellus in spicileg. p. 54. scribit phrasin esse Hebræam תורמשימ דירמשי in primis usurpari solitam de excubiis vigilum, sive militum, qui noctu excubant ad urbis vel exercitus custodiam & tutelam. Es. 21. 8. Num. 3. 7. Ezech. 40. 46. & 44. 15. Arabs reddit: vigilantes custodiam noctis per vices super greges suos. Sic ἐφοβήθησαν φόβον, Luc. 2. v. 9. ἐχάρησαν χαρὰν, Matth. 2. 10. πόλεμον πολεμίζεν, Iliad. B. & apud eundē Pœtam: ἀγορὰς ἀγορεύειν, Βαλὰς Βαλεύειν. Sic νόσον νοσῆν Æschyl. Prometheus. v. 383. λῆσον λησῆς, nugaris. Aristoph. in Pluto A. 2. l. 5. v. 31. Lutherus aptè reddit: Es waren Hirten auff dem Felde / die hüteten des nachts ihrer herde. verba: ben den Hürten / non sunt in textu Græco. Posset & sic reddi: die hielten nachtwache ben ihrer herde. Nam φυλακὰς νυκτός Hebraismus est. Germani dicunt: Nachtwache. Sic κῦρι & οἰκίας Marc.

Marc.

Marc. 13. 35. hoc est, ὁμοῦ εσπότης, Quod quiv-
dem negat Pfochenius pag. 97.

v. 9. ἐπέση) Hoc est ex improvise nihil tale cogi-
tantibus supervenit. Hoc enim significat ἐπίση-
μι. Sic usurpatur Luc. 10. 40. μάργα ἐπι-
σᾶσα εἶπε ἔ. Act. 4. 1. λαλόντων αὐτῶν
πρὸς τὸν λαόν, ἐπέσησαν αὐτοῖς. Sic kamen
ihnen ubern Hals. Luc. 20. 1. ἐπέσησαν οἱ
ἀρχιερεῖς. Ubi Beza bene: superveniant.
Et Arabs: adstiterunt. Ita Luc. 2. 38.
Insignis locus est Luc. 21. 34. αἰφνίδι ἔφ
ὑμᾶς ἐπίση ἡ ἡμέρα ἐκείνη. Und komme die-
ser tag schnelle uber euch. ἔ. Luc. 24. 4.
ἐπέσησαν αὐτοῖς. videatur Dieu ad c. 20.
Luc. p. 363. Sic simplex ἐσημι Ioh. 20. 19.
Jesus ἐση εἰς τὸ μέσον, hoc est, ex improvise
adstitit, non accessit pedetentim.

v. 10. εὐαγγελίζομαι) Mutuati sunt vocem Eo-
vangelij scriptores N. T. é LXX. Interpretum trans-
latione, qui ἔ. per εὐαγγελίζομαι interpre-
tati sunt, de quo prolixè Chemnit. vol. 2. p.
552. Notat a. ἔ. res novas ἔ. bonas annuncia-
re. Es. 40. 9. ἔ. ergo ἔ. Evangelium
est unū ἔ. idem, notante Hütterro in l. c. p. 392.
Sumi-

Sumitur verò 'ευαγγέλιον in triplici significato, & occurrit quoque apud profanos autores. 1. notat cuiusvis rei lætæ ac optatæ denunciationem. Sic usurpavit Aristophanes in Pluto, & Plutarchus in Mario. 2. Premium, quod datur lætæ annuncianti. Sic Odysf. 4. v. 152. ubi Ulysses ad Eumæum, se alium esse simulans dixit: 'ευαγγέλιον δ'έ μοι 'έσω, hoc est, mihi premium huius annunciationis detur, quando reversus fuerit Ulysses. Sic Odysf. ξv. 512. & Cic. l. 2. ad Art. Ep. 8. ô suaves Epistolas, quibus Evangelium deberi fateor, cin Botenbrod. 3. notat supplicationes, sacrificia ac preces, quæ pro re feliciter gestâ, decernebantur, quarum sæpe fit mentio in Jul. Cæsare. Plutarch. in Phocione: δύειν 'ευαγγέλιον. Et Xenophon l. 2. 'έδυε τὰ 'ευαγγέλια, sacrificia obtulit pro accepto fausto nuncio. Quæ a. sit verbi רַחֵם significatio, è radice facile dispalescit. Derivat enim Brochmandus vol. 2. L. C. p. 222. à רַחֵם caro. unde רַחֵם significat carnea, mollia, suavia, læta annunciare. Hæc itaque Angeli prædicationis erat illa Evangelica de quâ Propheta vaticinatus: à quâ ne unus quidem excludatur, annuncietur universo mundo, לְכֹל הָעוֹלָם ut habet Syrus paraphrastes.

v. 12. ἑσπαργανωμένον ὁσπαργανα interpretantur Grammatici primas fascias, quibus infans recens natus involvi solet & adstringi. Descendit ἀπὸ τῆσπαράσεν lacerare & convellere. Angelus hoc pro signo dat pastoribus: invenietis infantem ἑσπαργανωμένον. Quo videtur significare, sicut in cunis; ita in fasciis Christi infantis fuisse singularem aliquam exinanitionem. Plerumq; enim hunc morem divina observat majestas, ut opera sua humiliter ordiatur, sed gloriose exsequatur.

v. 13. πληθὺσφατιῶν ἑρανίω Hic φατιῶν ἑρανίω est Hebr. מַמְשֵׁת נְבִיז, 1. Reg. 22. 19. qua appellatione illic Angeli designantur, alios Himmlische Heer. Syrus: conspecti sunt cum Angelo exercitus multi caelorum. מַלְאָכִים Angelus, apud Hebraeos & Syros caret radice. Arabes dant מַלְאִכִּים misit. inde per Metathesin מַלְאָכִים, missus, legatus. Sed verior est Radix Æthiopica מַלְאִכִּים misit quæ exstat Matth. 27. 19. & alibi. Non a. tribuitur nomen φατιῶν, נְבִיז, Angelis, quod Deus iis utatur tanquam militibus ad debellandos hostes suos, (neq; enim hic ap. Lucam agitur de hostibus delendis,) sed ut significetur τάξις, ordo, quem observant in obeundis ministeriis suis: convenientissimo enim ordine sua obeunt munia. נְבִיז enim quicquid ordinis rationem habet, significat. Itaq; & de tempore certo

certo atq; constituto dicitur, IOB. 14. 14. Militiam
 sonat נצב inquit Pagnin. Lex. p. 2290.
 seu exercitum, id est, stationem, quae certo ordine ad
 tempore constituitur in bello proprie: & metapho-
 rice in Domini ministerio. Sic Marci 1. v. 15.
 impletum est tempus, est allusum ad Ies.
 40. 2. ubi dicitur: impletum est הַנֶּצֶב tempus ejus.
 Hieronymus; militia ejus. Sic & apud Grae-
 cos τάξις & παράταξις de exercitu dicuntur.
 Concinne itaq; LXX. Seniores זְבֻלֵי הַשָּׁמַיִם Deut.
 4. 19. κόσμος, ornatum, interpretati sunt. Luth.
 das Meer des Himmels, ut & Gen. 2. 1. Ete-
 nim ornatus (si proprie & antiquè velimus hanc
 vocem efferre) ordinatus est. Itaq; qui loquuntur
 Romane indiscriminatim ornare, & ordinare
 provinciam dicunt; & ornatissimus is est,
 Latine loquentibus, qui per omnes honorem ordines
ad summum usque evehctus est. Ergo Angeli dicun-
 tur Exercitus caelorum, quod sint τάξις, ordo qui-
 dam Coelestis. Cameron. Myrothec. p.
 34. Dieu ad c. 22. Luc. p. 381.

p. 14. καὶ ἐν ἀνδράποισ ἐὺδοκία) Syrus:
 נְבוֹטָה וְסִבְרָה Quod Tremellius & Boder,
 in Paris. vertunt: & nuncium bonum erga ho-
 mines. Nuncium סִבְרָה dicitur, non סִבְרָה
 Itaq; Boder. in Reg. & voluntas bona homi-
 nibus.

nibus. Quod magis à Syro recedit. סַבְרָא
fabro, ex Paël, ubi hoc verbum sperare
significat, tantum ut & Arabibus Sabron, spes
dicitur 1. Thes. 2. 16. Tit. 2. 13. Act. 24.
15. 1. Tim. 5. 5. quod modò, (notante Dieu.
& Buxt. in Lexico Thalmudico Rabini-
co p. 1424. qui quinq; recenset verbi סַבְרָא si-
gnificationes, diversas quidem, tamen cognatas,)
annunciare, modò sperare, confidere,
significat. Posterior significatio est ab Hebr. שָׁבַר
speravit. Prior à שָׁבַר annunciavit, trans-
positis literis. Vertendum itaq; : & spes bona
hominibus. Pacem enim cum Deo sequitur spes.
Videtur Syrus Græcum εὐδοκία, derivasse non à
δοκέω f. δόξω puro, existimo : unde εὐδοκέω
f. ἡσώ acquiesco : sed à δοκάω vel δοκάζω f.
ἀσώ exspecto, spero. Unde προσδοκία ex-
spectatio, Luc. 21. 26. ἀποκαταδοκία attenda-
expectatio, Phil. 1. 20. à κάρα τῆς τοῦ caput.
Dieu p. 253. Legitur a. ἐν ἀνδρώπολις εὐδο-
κία, quia εὐδοκέω plerumq; dativo jungitur, me-
diante Prepositione ἐν, ut Matth. 3. 17. ἐν ᾧ εὐ-
δοκῆσαι שָׁבַר רָצָתָהּ נִפְשִׁי idq; per Hebraismum.
רָצָה enim cum ב construitur, ut 1. Par. 28. 4.
בִּי רָצָה in me complacuit, hoc est me voluit,
Hac michi erwöhlet. Vulgatus interpres reddit

Gre-

Gratum: hominibus bonæ voluntatis.
 De quâ versione videatur Chemnitius p. 108.
 seq. Rectissime Lutherus: Und den Menschen
 ein wohlgefallen. *εὐδοκία enim in Nominativo*
ponitur, non in Genitivo, εὐδοκία &. Quare non
 habet Emserus, quod urgeat, vertendum fuisse:
 Den Menschen die eines guten willen seyn.
 Concedit quidem & Beza, per Genitivum expo-
 ni posse, ut intelligatur in terra pax hominibus be-
 neplaciti, vel dilectis. *Hebræi enim solent adjecti-*
vorum loco uti Genitivis Appellativorum, ut: filij
electionis, vasa misericordie &c. Sed & Calvi-
 niani, & Pontificij *ἡ ἐπιδοκία* fovent, &
ἀποφύγετο querunt. *Ἡ συνεργία; illi ab-*
solutum decretum, ut beneplacitum hoc non ad o-
mnes pertineat; sed ad eos demum, quos Deus suâ
gratiâ dignetur. Id quod Stapletonus satis
 prodidit in promptuario suo Catholico, &
 Abr. Scultetus in Exercitationibus
 Evangelicis, dum pag. 120. inquit: pax illa nata-
 litia non ad omnes pertinet, sed ad homines bonæ
 voluntatis tantum, hoc est, ad electos. Hinc Pisca-
 tor Herborn. *Verit: In den Menschen des*
wohlgefallens. Et addit Scholion: Den Men-
 schen des wohlgefallens / das ist / welche Gott
 nach seinem wohlgefallen erwehlet hat zum E-
 wigem

folgen Leben. Sed erroneam hanc sententiam
facile refellit fontium inspectio, ideoq; concludo:

κῦδ' ὅ ἐν ὑψιστοῖσι θεῶν, καὶ ἔραζε γαλήνη
ὄλβοτόν' ὅ, τοῖς ἢ εὐδοκίᾳ δ' ἔβροτοῖς.

Gloria sit JOVÆ, Pax terris cœlica abundet,
Eudocie recreet Christiadum omne genus!

Votum.

HAs, Natalitij, quas mitto, muneris instar,
Cum voto ardenti, suscipe, AMICE, Notas.
Sit felix sextus tibi quadragesimus annus
Ætatis, felix sit tua tota Domus!

E MORBO imprimis REVALESCAT & Uxor! ita
usq;

NATALIS fausto purpuret auspicio!
Quò fiat, pro Te mea semper ad ætheris arcem
Plena calefcentum fumet acerra precum.
Ut Deus elapsis tibi Patrem indulset in annis
Se: sic perpetuò se probet esse PATREM!

F I N I S.

